

Patentia Dei ergo peccatori.

Et benefici.

Peccatorum gratioria.

Dei coram offendunt.

Et irriant.

contulit, ut recedentes attraheret, veheret; verum maius, quod ita ingratos patientissimè ferret: equidem summum, rebelles gratiarum lumini tolerare tanto tempore. *Quadragesima annis offensus.* Summa patientia, dum forebat gratia, pluens beneficijs, vel in averfione cordis. Munera cicant animos, premia demulcent protervos, ut dignati gratijs, gratijs respondeant, & nullo modo benefactorem offendant: illique amandantes gratitudinem, extraxerunt ex donis offensionem; ut gratia Dei lucret, dum malitia beneficam impugnavit: igitur ille petiitit studiosè generosus, quadragesima annis offensus. Romanum Pfallerium: *Quadragesima annis proximus.* Proximitas indicat amorem, quo voluntas vehebatur in obsequia; ut aberrantium capteret meritis corda. Timendum erat, ne recederet, & gratiarum abundantia desereret: verum cum obdurerent faciem in offensionem; offensi non timuerunt faciem: siquidem quò per dona & auxilia habebant proximum; cò magis habebant despectu cordis offensum. Retribuebant mala pro bonis, quin aspectus proximus audaciam premeret pectoris: seque fautor magnificus signat offensum, & magis ingratis proximum; ut inter se & illos diversum claret studium: equidem ille vel despectis donis, dona conferebat in rebelles; & illi exigam, levem cogitabant offensam, nisi despicierent coram.

12. Præterea: *Offensus*, id est, saucius, saltiditus, intimè punctus. Ut arceret impudentiam, altitit proximus; sed non removit proterviam, quanvis proximus præ amore, concessit gratiam: intimèque dolet, dum proxime benefecit; quippe ex amoris obsequio gravior processit ingrati- tudo: igitur conferentem è proximo beneficum, dimiserunt ingrati robore plenum. Vulgò: *Sintiò, que à tan grandes, excessivos favores, correspondessen, y à su visita con desaynes.* Exculationem haberent, ni intelligerent. *Hi errant corde.* Student ingrati- tudini, fiducia misericordie. Protervitas cordis est. Errorem cognoscunt, & insiliit pravum cor. Errorem cognitione gravant, & nihilominus errant: etenim dum ampliora conferunt beneficia, in dignantem ampliora retorquent tela. Perpende: Non dicit: *Offensus à generatione, sed generationi.* Primum signat à dignatis factam offensam: secundum fautoris inimicitiam. Deus hostis, & studens gratijs? Utiq; errantibus corde: igitur si præ amore est proximus, vel offensus; præ de-

lore fulminat, præ acerbitate scintillar; ubi abundè preparanti & conferenti gratias, torquent gratias in fragitas. Huic generationi offenditur, ab hac offensus generatione: igitur intolerabile cor ita pravum, ita in malignitatem studiosè proiecit; ut præparet in offensionem iacula, eo ipso quia cognoscit esse prompta beneficia.

*Hanc quater denos sobolem per annos, Lite certarem veluti, morabar: Semper, at dixi, malè sanà mente Capta laborat.*

Ille gratijs certat, quando ingrati- tudo pugnat; ut emineat pectoris generositas, & ingratorum castigaret protervitas: gratijs- que proximus, à proximis se dicit offensus; ut protervis ingerat ex iure supplicium: etenim cruciamen futurum cordis, non uti, vel abuti gratijs collatis. Proximitas gratia summa, maior quam concessa gratia: dolebuntque offensum, quem offenderunt proximum; quandoquidem cum huiusmodi munera futura desipientibus onera; fagitæ emillæ erunt pectori fagitæ, dum se obligatioris viderint pro reddenda ratione. *Hi errant corde.* Qui ingrati- tate vent errorum, neutiquam introibunt in requiem. Semper rebelles lumini. Qui rebelles lumini, removendi nonnunquam à longè, ut eclipsim patientes, propè non foveant eclipsim, nec per innatam malitiam, virginem corrumpant gratiam. Turpia pectora.

*Siccine benemerenti malè refertur gratia.*

**DIDASCALIA IV.**

*Intimum vulnus cordi, perfidia amici.*

**F**Requens hominibus in re- tibus fraudum Momi votum: equidem minimè paterentur perfidiam, modò in pectore socij vitream haberent fenestram. Lamentabilis pectori ingenuo aut securo fraus; dum absque discrimine arbitratrur homo amicos, quibus ipse non est. Magis decipitur, ubi securius graditur, sicut ille qui à via lapsus est, & errat: plus deviat quò magis properat: igitur circumventum se invenit; dum mentem revocans, fraus nunquam venit in mentem. *Vides tu istos (ait Seneca de Vit. beat. cap. 2.) qui eloquentiam laudant, qui opes sequuntur, qui gratia adulantur, qui potentiam extollunt? Omnes aut sunt hostes, aut esse*

Quo intui- tu.

Cruc.

Gratia mu- nera, despi- ctitibus onera.

Plaut.

Momi vo- tum.

Seneca.

pos.

Quid viden- tur amici, sunt hostes.

Ovid.

Ecclesi. 19. 23

Hay.

Och. Ven.

Pro amore sufficitur do- lus.

Cur perfid- dia simili- tur?

Cur pla- ga magna?

*possunt. Quam magnus mirantium, tam magnus invidiarum numerus est.* Erunt huiusmodi fraudes, quando fuerint homines. Vigilare decet, imò congruit; quia ubi semita securior, maior error.

*Tuta, frequensque via est, per amici falle- re nomen.*

*Tuta, frequensque licet sit via, crimen habet.*

Canit Ovid. 1. de Art. vers. 591. Crimen sequitur, & sequuntur speciem, vel si habeat crimen; quoniam modò in finem vota, flocci penditur infamia.

*2. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo.* Alij: *Est qui nequiter adorat, & interiora eius dolo plenisima.* In expressionem artis fallaciæ (quippe sine arte evanescent infidiæ) eruenda ratio ex duplici emblemate. Orho *Vanius Emblem.* Amor. 19. pingit Cupidinem portantem orbem. *Stimul unus amor.* Ioann. Orozjus *Embl. 5. lib. 2.* à dolo portatum alstruit. *Dolus succumbit.* Non est imago, sed veritas, corde pravo tendente confidenter insidias: equidem cum securior perfidia ex incauta sit confidentia; qui querit per amorem amicam auspiciem, experitur in articulo vaftrum dirisimum hostem. Cuncta ingenuus credit amico; & serò dolet, quia credidit, quem fugere commodum: pœnitente non fuisse præ amore cautum; quoniam quòd amorem ex se credidit, dolus suffectus apparuit. Calliditas serpentis iuncta fuit simplicitati columbæ, larva rutila ex amicitie specie: prævaluitque in simplicitatem astuta serpentis fraus; quippe ut columba seducta non habens cor. Povit in pectore virus haud cavens, & calore amicitie recaloit serpens. Misit murem in peram, quin cogitaret conditionem, sed amicitiam: qua frustratus, hostis amicus ex damno cognitus: equidem familiariter admisit, ut cuncta pectoris vel integerima roderet. Ut amicum admisit; & admisit, ut levaret: dolum despexit, & corruit; quippe cogitans habere curarum requiem, ex rosione arcanorum invenit murem. Siccine orbis portatur? Stat qui fallaciâ nititur? Haud tæderet, quòd pro amore occurreret amor fictus; sed nimis pungit, quod obvict amanti dolus.

3. *Causa fupperit. Si amor occurreret fictus, animus careret bono.* Ubi dolus, affigitur malo. Non haberet ex amicitia levamen, verum nec haberet hostem. Non haberet amicum, sed nec haberet infensum: dolusque pro amore supponitur, ut acrius

animus ex perfidia concitetur: igitur in- vulnus non est solatium, per amicum perire, quem deperibat amicum. Sat erat in dolore nulla gratia; verum vulnera! Beneficia inefficacia ad conciliandos amicos, ac detinendos simulantium animos; cum quidam, quò plus debent, magis oderint. Planè infortunium, quòd summa gratia proculcetur, quia summa; & convertatur in iacula. Quòd constituat iaculantem, quem fecerat debitorem. Quòd dona sint ingrata, quia excedentia: displicentque cordi, quæ nequibat sperare. Quòd que concepta, fingunt in pectore faultum; accepta, transforment in inimicum. Quòd potentibus in solutionem, confugere in pectus gratum; detur recusus in odium. Unde pro amore non amor fictus, sed sufficitur dolus, ut alius penetrat illatum perfidia vulnus: siquidem nullum maius, quam cogitare amicam fidem, perfidiam; & in tractu amplexari vaftrum, & perfidum.

*Negata magnis sceleribus semper fides.*

Ait Seneca in *Hippolyt.* vers. 160. Sceler dolus committitur: sed modò persistat dolus, parvipenditur frustra, quòd sit scelus: quandoquidem intendenti tantum in perfidia utilitatem, obest respectus in dedecus proditionis.

4. *Philo 1. de Vit. Moys.* navi contulit intimam familiaritatem. Scrutemur ergo similitudinem. An quia sine labore entis, spatia procellosi metitur maris? An quia ferr admillum, quantunvis fluctibus flagelletur, & hinc & illinc moveatur? An quia sine illa pateretur naufragium, & ducit tutum? An quia prius illa periclitabitur conteri & conteretur; quam inclusus excludatur? An quia vel quassata dividitur in partes, ut promptè subveniat cunctis; sustinens, succumbens brachio, & in tristiore confictu; despicens ituras in fundam opes, ut adhæreat pectori periclitantis? Sanè sicut navis in mari, experti ac fidi pectus amici. Respondebit animus? Dicit articulus: nulla profectò fors infelicior in sortis calamitate, quam amicum amplexari, & ab amplexante expelli. Ducit ergo amici cor amicum tanquam navis, periculum superatis & undis. Casu fragitur, illiditur, summergeitur: vefusque ut fugiat naufragium, fracta navis querit tabulam portum. Congaudet occurfu, accipit osculo, arcè tenet & amplexu: prius amittet vitam, quam dimitrat tabulam; quippe illud leve, & quia leve, pretiosissimum fragmen, in suffocatione tanta ministrat respirationem. Quam gratum vel lignum

Summa vit- ingratitudi- nis.

Seneca

Amicus cur- navi simi- lit?

Nnn illo



illo in articulo, & quanto commodo! In-  
 turum naufragus donique pevenit, ac ita-  
 tim lignum proicit, & si frigus instat, urit.  
 Imitatur elementum amor conversus in  
 odium: igitur ut ille splendide vivat, fo-  
 mitem alentem devorat: nec contentus  
 dolo, saturatur damno: siquidem ut excu-  
 sationem habeat, prius denigrat. Ubi oscu-  
 la? Ubi amicitia inseparabilis signa? Ubi  
 amplexus? Pro amore suffectus dolus: &  
 pro obsequio, digno diurnis gratijs, ita  
 fracta fides pectoris; ut libertatis gratia  
 amicum videret hostem, qui in rogo tri-  
 bulationis redigeret usque in cinerem. Ith-  
 hac in orbe amicitia; deficit placitum, dum  
 deficit commodum. Deauratur utilitas, ac  
 introducitur uti familiaritas: attamen sem-  
 per dolo, quippe nititur duntaxat emolu-  
 mento. Adinlat palmitum necessitudo  
 hominum: vel in vite fructum ferre, vel in  
 ignem projici. Durat igitur amicitia, quan-  
 diu momenta.

5 Carena difficilis rupta, igitur firma  
 ex annulorum nexu. Quæ sit virtute mag-  
 netis ex diversis attractis circulis (de qua  
 egimus, Tom. 2. Tautolog. 6. Didasc. 2.  
 num. 7.) illic deformatur, annulus seor-  
 sum fecerunt, quippe minime intrinsecus  
 mutuo necantur; sed extrinsecus tantum  
 adhærescunt. Sibi per mutua connexis cir-  
 culis, quasi catena pependerat annulorum:  
 ait Augustin. 21. de Civit. cap. 4. Quid ex  
 catena, vi magnetis remota? Fortius per-  
 manent hæc fila. Non est unio, sed ad-  
 hæsiō: non necantur amore, quanvis iun-  
 gantur magnete. Ita pectora humana, quan-  
 do commodo trahuntur coniuncta corda:  
 equidem cadunt seorsim separata, non ne-  
 xa vinculo amoris, remoto magnete ex  
 respectu utilitatis. Ferrum, dum ille adest,  
 permanet; quippe etiam iam habeat virtu-  
 tem, maiorem ambit: verum illi virtus in  
 nocuum, ubi queritur ad usum. Vul-  
 nus factum à ferro, sanabile, si non at-  
 tactum magneti: modò ex attrito vulnus,  
 vel leve lethale. Vide Ulysem Aldrovand.  
 Tom. 12. lib. 5. cap. 2. En amicitia vulnera,  
 facta amoris catena & fide fracta. Trahere  
 corda vel ferrea intendit per gratias amor:  
 trahuntur; sed molliuntur, quia attracta,  
 dolum.

Bonitatis verba imitari, maior malitia est.  
 Malus ubi bonum se simulat, tunc est pes-  
 simus.  
 Ut inquit Publius Syrus in Sentent. n. 134.  
 Unde dolet amor non de vulnere, sed de  
 vulneris fraude; quippe factum ab amico  
 gratijs allecto, quod insigi nequit ab  
 inimico.

Artes ingra-  
si & perfid-  
di.

Amicitia  
questu.

Symbola cir-  
culi à ma-  
gnete tracti.

Augustin.

Vulnus per-  
fidie modo  
grave?

P. Syr.

6 Exprimit Tautologia. Nolite time-  
 re, nec paveatis ad conspectum eorum, ho-  
 stium scilicet, dicit Moyses: quia Domi-  
 nus Deus tuus ipse est ductor, & non di-  
 mittet, neque derelinquet te. Ad conspec-  
 tum hostium non sit pavor: potius ad  
 conspectum amicorum: maius periculum  
 in insidiatore occulto, quam in hoste ma-  
 nifesto; equidem cum ex gratia oriatur  
 amici iniuria; ubi amoris fervor, ibi de-  
 bet esse pavor: maior utique dolus, ubi  
 non cautus; quoniam amicus sub specie  
 amoris fingit, quod inimicus & infestus  
 non auderet. Charitas de corde puro, de  
 conscientia bona, & fide non ficta. Si gra-  
 tiarum splendor, ibi adde pavor: igitur in-  
 fertor amanti vulnus lethale, fracta & ficta  
 fide sub charitatis specie. Fides ficta, ubi  
 conscientia non bona: fugitque charitas,  
 modò in pectore simulata, ex qua timor,  
 dum gratijs allicit amor: equidem ne-  
 queunt cognoscere charitatis flammam,  
 qui præ imposturis & technis, nec facie  
 annoscunt conscientiam.  
 Fidem qui perdit, nil potest ultra perdere.  
 Fidem qui perdit, quò se seruet in reliquum?  
 Dicit qui supra, vers. 10. Quo ibit? Dicana  
 apertus, quò non ibit? In qua prærupta, fi-  
 cta fide, & absque ulla conscientia?

7 Perferatremur doli vulnus in visce-  
 ribus textus. Dominus, qui ductor, non di-  
 mittet, neque derelinquet te. Quorum et-  
 go eiusdem sensus ingeminatur vox? An  
 dari quit derelicto sine dimissione? Po-  
 test, ubi amici facta fides: equidem cum  
 utilitas ducat; ingratus perfidè amicum  
 derelinquit, antequàm deserat. Dimissio  
 spectat ad societatem corporis derelictio  
 ad charitatem pectoris. Potest quis corpo-  
 re separari, nec ab amore relinqui. Po-  
 test relinquere amorem, & minime socie-  
 tatem. Deusque utrumque nescit, dum  
 populum corde diligit; ut diligat mutuo  
 corde, quem firmum habet in fide, nec  
 paveat amicum, cui creditur animum: si-  
 quidem cum in corde hominis, sine dimis-  
 sione inanis frangatur fides; timendus dolus,  
 ubi læta facies: igitur ambiens quasi  
 heliotropium Solis amici præsentiam, fo-  
 vet dolum, atque casum vaferimus in  
 perfidiam. Innuat vox Achimelech ad Da-  
 vid: Quare tu solus, & nullus est tecum?  
 Dicerem, ni fusè fecissem, Tom. 1. T. 1.  
 D. 14. à num. 4. Quare tu solus? Ecce di-  
 missio. Nullus est tecum? Eten derelictio.  
 Dimiserunt & reliquerunt. Poterat esse so-  
 lus, & amor amicorum cum illo: desertio  
 & non derelictio; diciturque de solo medi-  
 can-

Deut. 21. 6.

Perfida gra-  
tia, est inini-  
ria.

1. Tim. 1. 5.

Oriente per-  
fidia ex gra-  
tia.

Syr.

Ibid.

Ficta fides,  
ubi læta, fan-  
cia.

1. Reg. 21.

tanter, Nullus est tecum; quippe nullus  
 amor amicorum. Multos vel tunc commi-  
 litiones habebat: ac non socios, sed hostes  
 iudicabat; quippe minime adherentes se-  
 quebantur Davidem, sed dignitatem. So-  
 lus abiit, ut pateret sibi corpore, quod  
 erat mente, relictiis quibus illudusque con-  
 tulerat gratiam, & sequebantur fortunam.  
 Dignatos fugit, & solus abiit? Alta men-  
 te, ne concipiatur dolus, sequentibus tan-  
 tum quæsit: quandoquidem perfidia in  
 amicis prompta, ubi ab amicis & socijs co-  
 litar felix fortuna. Ad hostes confugit, &  
 liber exivit: revertitur, ab hostibus defen-  
 dit Cellamos, & à protectis illicò consti-  
 dit dolus. Tradent me viri Ceile: & dixit  
 Dominus: Tradent. Remuneratio laboris,  
 pugna, victoriæ, libertatis, ac donorum,  
 fuit preparatio insidiarum; altè percussio  
 corde, ex fracta fide: quandoquidem ami-  
 cum invēnit hostem, ubi quibat sperare ab  
 inimico munimen.

8 De Curruca ave, seu Hypoliade ait  
 Textor in Officin. lib. 7. cap. 42. Alienos  
 pullos nutrit, suos esse putans: & quod  
 peius, fovet caculum in proprium da-  
 mnium: quippe ab illo devoratur, qui ab  
 illa nutritur. Unde Luvenal. Satyr. 6.  
 vers. 276.  
 Tu tibi tunc curruca places, stetumque la-  
 bellis

Exhorbes  
 Lamentabile prorsum, excitans stetum, in  
 stetum anxie procumbere, & pro filio ho-  
 stem fovere. Ova aspidum ruperunt, &  
 quod confutum est, erumpet in regulum.  
 Amor in simile tendit, ideo fovet; sed fal-  
 lit fides factus, enix ubi fuerit totus. Nu-  
 trit fortuna: calamitate ut auxilietur cor-  
 da, rumpuntur pectora: pungitque præ-  
 cordia vulnus, dum conspiciatur dolus;  
 quoniam summa amaritudo cordolij pec-  
 toris, quòd gratijs factis impenderit to-  
 tum calorem in aspidem. Ingenuè expectat  
 infelix auxilium, qui amicis, & etiam non  
 amicis habebat promptum: verum cum  
 perfidus cogit tantum prodicionem, ad  
 quam amoris necessarium velamen; simul-  
 atque opportunitas occurrit, ut aspis cal-  
 ca ac ultrix venena vomit. Dormiunt perfi-  
 dia cogitamina, quando iteret fortuna,  
 quippe gratia ex eius gloria: vigilant tamen  
 in exitum, ut habuerint pro occasione lo-  
 cum: unde cum benefici molestia, hostium  
 etiam moverentur viscera; insurgunt in il-  
 lum absque ulla misericordia: quandoqui-  
 dem linguis non tantum viscera pungunt,  
 sed ut aspidem præye expuunt ora, & virus

An tur fur-  
zona, non  
persona.

Vers. 10.

Cap. 23. 12.

Rav. Text.

Curruca  
qua, & cu-  
tus symbo-  
lum?

Iuvenal.

Isai. 59. 5.

Cur ingra-  
tur insar  
aspidum &  
scorpium?

expuunt. Addit Propheta in cordolum:  
 Quod confutum est, erumpet in regulum.  
 Non ita doleret, ni esset forum. A non dig-  
 gnato minime desideratur desertio; quon-  
 iam ubi nulla gratia, gratitudinis spes nul-  
 la. Amicus muneratus, ac gratijs devin-  
 ctus, adiutorium præstat casus, firmamen-  
 tum in formidine, protectio in calamita-  
 te, ad quem afflictus respicit, atque in a-  
 sylum recurrit: iccirco ut foveret, fovit:  
 verum cum perfidum pectus gratias concin-  
 net in virus; dolet, quòd perfidia amici  
 (nimis dignati, quia forti) in benefactorem  
 lapsum insurgant ut basilisci.

9 Modò in textum Siracidis num. 21.  
 pro cogitatione versificus. Est qui nequi-  
 ter humiliat se, & interiora eius plena sunt  
 dolo. Si interiora dolosa, putrida viscera.  
 Quid boni è pectore factio? Perperam sal-  
 us sperat ex morbo. Humiliat se, ut in-  
 teriora demontret, & tunc arrendendo fal-  
 lit: equidem absconditur in perniciem  
 aspidis virus, in ipsi deaurati amoris de-  
 monstrationibus. Officia indicant animi  
 studium, quippe cognoscitur per obse-  
 quium: fraudemque tunc perfidus medi-  
 tatur; quoniam animus per contraria non  
 cognoscitur, facta securè infidentia ex in-  
 fidentia: igitur ex simulatione, perfidia le-  
 ge, clarent dolo viscera plena, ubi amico,  
 atque benefico officium perdidit officia. Per-  
 fidi sunt (ait Cicero 3. Offic.) aliud agen-  
 tes, & aliud simulantes. Humilitas cultum  
 ostendit in reverentiam amici, sed falso  
 corde sub larva reverentiæ; qua nequitia  
 latet, & magis incauto nocet: igitur tunc  
 magis dolo plena pectoris interiora; dum  
 fingitur à sicario adorantis reverentia.  
 Aspis venenum ei aculat, ut percussus quie-  
 re dormiat: perfidus interiora aliter dispo-  
 nit, ut securius altè vulneret: quando-  
 quidem expectat, quòd amicus fiducialiter  
 dormiat, ut sine formidine crudelem  
 usque facietatem percuciat. Amplectitur  
 ruiturum, & ut consulto cadat, præbet am-  
 plexum. Aliud agit, aliud cogitat: ne-  
 quiterque sese humiliat, ut amicus præ-  
 ceptis corruat: igitur in vanum dolosus ex-  
 trueret fraudem, ni deaurat amplexum  
 supplantationem. Sibi fervaverat Nero  
 pro opportunitate venenum in mortem, ad  
 cuius dignam protectio custodiam, confe-  
 cerat pyxidem auream: quam surripuerunt  
 custodes è mensa, qua reliquerat incuria.  
 Custodes dissipaverant, direptis etiam stragu-  
 lis, amota & pyxide veneni: ait Tranquil-  
 lus in eius Vit. cap. 47. Quos arbitratus est  
 & intime amicos, in urgentiore pressura

Eccl. 19. 23.

Quid perfid-  
dia?  
Cicero.

Pyxide Nero-  
nis

Sucton.



Pena per-  
fidi.

vidit infeasos: ceterum ultus, quamvis si-  
bi minime gratulatus (quod debebat iure,  
ex pyxidis amissione) quoniam illo in ar-  
ticulo non amittebat amicum, sed venum-  
num. En symbolum perfidiae in duplicis  
cordis pectore. Videtur vas aureum gra-  
tius dignum, & aestimat in opportunitatem  
beneficus tanquam aureum: verum in alti-  
matione vera, spes fidei supervacua; quo-  
niam cogitant pretiosam gratissimam  
amicitiam, interiora patent auratam con-  
tinere virulentiam. In fortuna collocatus  
amicus amicos fovit, ut in fuga felicita-  
tis amicos haberet; quippe gratia non fo-  
vet apidem, sed pectoris gratitudinem;  
neque beneficium digne creditum potest  
transformari in basilicum. Detrudit e cul-  
mine elevatum fortuna, quoniam volubi-  
lis roca, & iacet miser, qui florebat fe-  
lix: amicos ambit, qui officijs amicos fe-  
cit; sed non invenit amicos, qui utranque  
deiectus, siquidem in ipsa distributione  
gratiarum, erant dolosi tantum amici of-  
ficio. Eam fugiunt omnes: confugit in  
reverentes, per aurea signa indicans inter-  
na corda; sed fallitur, quia repellitur: cor-  
de profunde percusso, quoniam amici in-  
teriora ita plensissima dolo; ut refugient  
in auxilium, praeter in iugulum gladium.

Artes & ma-  
cbinationes.

Abd. v. 10.

10 Propter interfecionem & propter  
iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet  
te confusio, & peribis in aeternum. Sic Deus  
minatur Idumais. Luetis profecto penas,  
quia vos demulsit malignitas in oppressio-  
ne fratris Iacob: equidem quem habebatis  
fratrem, persecuti tanquam hostem. Per-  
ibitis & confundemini; quippe non estis  
confusi, ex eo quod fecistis fratres, quod  
minime audebant hostes. Propudiosa sane  
actio, ex qua confusio: equidem vilis, igno-  
miniosa, plena dedecoris; fratrem & ami-  
cum persequi preterit fraternitatis. Specie  
amicitiae in exitum usque perducitur,  
quod viribus uti impossibile habetur: &  
cum fraternitatis necessitudo sit aureum  
velum in dolo; quod non potuit hostium  
malignitas in consilium, actum ad votum  
malignitate fratrum. Pendamus causam.  
Propter interfecionem, & propter iniqui-  
tatem in fratrem. Quid, cui, & quomodo  
designantur in peccato. Hendiadys non  
est, q. d. Propter iniquitatem interfecio-  
nis fratris: duo sunt, quippe erat iniqui-  
tas super iniquitatem interfecionis. Ami-  
ci Idumaei erant, & inimicos in fratris ex-  
terminum iuvabant. Erat amicitiae species,  
sed terebrata fides, qua securi iugulabant,  
quos adiuvere fingebant: & non tam ple-

Decus bo-  
nium si-  
amicitiae,  
fraternitatis  
dolora.

aitur fratris interfecio, quam iniquitas in  
modo; quippe facinus odibile, amicum  
fratrem occidere fraternitatis specie. Clari-  
us contextus. Neque stabis in exitibus,  
ut interficias eos qui fugerint, & non con-  
cludes reliquos eius in die tribulationis.  
Tribulati cunctis angustiis erant filij Israe-  
lis ab Aisyrijs; quin indulgeret eorum eru-  
delitas, quod sine telo pertransiret vel avis  
volans. In agris iacebant mortui, in urbe  
attenuati fame. Undique persecuti, ut pos-  
sent evadere mortem, decreverunt confu-  
gere uti fratres ad fratrem, de quo saepe  
egregie ac praclare meriti; ut esset asy-  
lum in tanta tribulatione: verum occurrit  
mors, ubi collocata spes: quippe fratres  
iugulabant, ut in confugium veniebant:  
excandescitque Deus usque in furoris flam-  
mam, fratrum propiciens perfidiam; quo-  
niam acriore supplicio dignum, in amico  
atque dignato pro auxilio invenire gla-  
dium. Multae profecto hominum afflictio-  
nes: ceterum valde gravis, quod amicus  
in mortem sit lancea, telum & ensis. Hinc  
S. Benedictus de Humil. grad. 4. inquit:  
Falsos fratres sustinent. Quisnam securus,  
si periculum in falsis fratribus? Mortem  
fugerant, & mortem inveniebant: dolore  
summo, quippe fides ita perfrecta & ab  
amico dignato; ut quam formaverat offi-  
ciorum similitas, e pharetra gratiarum  
astuta mitteret lanceas. En quatermonia  
Propheta. Omnes amici eius spreverunt  
eam, & facti sunt ei inimici. Quia spre-  
ta questus, sed non durius. Durum, quod sint  
inimici, sed intolerabile, quod inimi-  
ci ex amicis sint facti. In studium amici-  
etiam voluntas divinandam, ut clareant cor-  
dis studia: verum cum studium perfidi sit  
ab amico deficere, ac sub amicitia fallere,  
non solum plectendum scelus, sed interfe-  
ctionis modus: quandoquidem in exiti-  
bus non expectabant amicum, ut foverent;  
sed ut mortem fugientem interimerent.  
Proh impium flagitium, atque peccus ven-  
enatum!  
Pygmalion scelere ante alios immanior  
omnes,  
Quos inter medius venit furor: ille Sichaeum  
Impius ante aras, atque auri cecus amore,  
Clam ferro incautum sperat, securus  
amorum.  
Multa malus simulans, vana spe lusst aman-  
tem.

Verf. 14.

S. Benedict.

Thren. p. 2

Virgil.

Amos 1. 9.

ser-

Theodor.

Perfidia co-  
gitamen pro  
ditio & in  
proditione.

fermo) eo quod concluderint captivitatem  
perfectam in Idumaea, & non sint recorda-  
ti foederis fratrum. Tyriz (inquit Theodoretus  
hic) externi Iudaea tribui vicini, con-  
tinenter cum hac bellum gerentes, quos ca-  
piebant, non alij, quam Idumais vende-  
bant, qui illorum inimici, & quam ma-  
ximam hostes. Haec est perfecta captivitas,  
ac dirior captivitate a federatis crudelitas:  
igitur qui ex urbe ad illos anhelabant in  
refugium fide foederis, fugientes anxie  
servabant, ut traderent inimicis. Captivi-  
tatem perfectam: id est, omnimodam, quin  
immoctum relinquerent lapidem in cordis  
fugientium amaritudinem. Captivitas erat,  
ubi fugiens amicus fieret servus. Captivitas  
consummata, seu extremum captivitatis,  
venundari hostibus in duriciem servitutis.  
Videtur clare studium perfidiae, obiecta  
oculis huiusmodi villi captivitate: mina-  
turque Deus minime indulurus; quippe  
turpissimum scelus, quod amici amicos in-  
sidiarent, ut capiant; & postea gratiam  
quaerentes coram inimicis vendant. Ven-  
nacule: Nobastara enganarle, sino ven-  
derle! Non rubor vel irons in facie, dum  
quaesit ex proditione. Non recordantur  
foederis fratrum, nisi in fraudis lenocinium;  
ne possit non admittere fucata obsequia,  
quin ledatur amicitia: igitur invitat foed-  
ditragus cum domo, fortunis, familia, so-  
cijijs, persona insecutum fraude blanda;  
quippe haudquaquam venderet, nisi ille-  
cebris traductum foederis rebus cape-  
ret. Capitur afflictus amicus benevolentia,  
agens gratias: verum currit in insidias: igi-  
tur procedens ut fidei capiator donis, ca-  
pitur a perfidia, ut prodatur inimicis. Ser-  
vi dicti olim, quia servabantur in praedio,  
uti dixi Tom. 2. T. 12. num. 3. Tanta  
Israeitarum bellatorum miseria, ut vitari  
non possent nisi fuga. Cogitabat undique  
pressus, ubi aliquatenus solatium, & con-  
fugere decernebat ad amicum, quem gra-  
tius exeret, & ne opprimeretur iure, ali-  
quando invaverat: quandoquidem expul-  
sum, nescientem quo iret, domi admisit,  
ac munere & donis auxit. Quid inde? Foed-  
deris oblivio ac perfidiae machinatio; cum  
deberet habere magni occasionem, quo  
posset reddere vicem. Proh dolor! Bene  
de se meritum servavit, verum ut vende-  
ret, promens perfidiam cordis, & simul  
etiam vacuitatem mentis: igitur iudicium  
pravum, vendere in turpissimum quantum,  
quem gratia ac meritis quibat habere  
mancipium. Dialecto nostra vividius: Ar-  
guye poco juycio, el atentado de vender

un amigo, a quien por el favor puede tener  
por esclavo. Haecce nobilior captivitas,  
quae ex gratijs procedebat in gratias: ceterum  
ipsa captivitate maior improbitas, fuge-  
te ad amicum expulsiom nuntium, ac  
invenire falsa fide studioso proditorem.  
12 Increpa feras arundinis, congre-  
gatio taurorum in vaccis populorum, ut  
excludant eos, qui probati sunt argento:  
exclamat corde percusso David, Genebr.  
hic: Perde populum agrestem & barbarum:  
feras, scilicet, quae versantur inter cannas.  
Alij malunt arundinem sumi pro lancea:  
de quo egimus Tom. 3. Tautol. 10. D.  
1. num. 13. Inter cannas feras? Quid fere  
adversus cannas? Probantur fere viribus  
malignitatis. Non ita pungent, ni can-  
nae dociles. Quodnam igitur iudicium in-  
ter populum agrestem & barbarum? Ex-  
cufacio palam sit: fere sunt, cannas gravi-  
ter quassant, ut calamum quassatum ferita-  
te confringant; verum irritis propositis,  
nisi ut appareat barbaries. Iccircò addit  
Congregatio taurorum in vaccis popu-  
lorum. Vulgo: Toros anadrigados. An  
quia ad ictus claudunt oculos, nec per-  
fessionem caveant, modo percutiant?  
Cornupetae sunt: in caveis diripiunt se. Si  
agitantur, ne agitentur & reducantur ad  
femitas; confringunt vel frustra cannas.  
O spectaculum demonium in spectaculum!  
Quia eminent cannae, fere exiunt, tauri  
indomiti? Vigilanter Hispanice: Es neces-  
sario para que aya fiesta, el que aya toros,  
y cañas?  
13 Propius instituti propositis acce-  
damus. Perde feras arundinis. Quo intui-  
tu modo perditio, si pridem optabatur  
increpatio? Quia congregatio taurorum,  
in damna semper irruentium: igitur non  
revocantur libilo increpationis; sed magis  
irritantur in exitum feritatis. Canna & fe-  
rae. Est obumbratio perfidiae: equidem si  
amicus ducitur affectus inclinatione, per-  
fidia dormit in secreto calami. Calamus  
vel arundo sese leviter inclinat, acceden-  
tem quasi adorat: & expelli iubet Pfaltes  
feras arundinis, ut caveat peccus pruden-  
ter vulneri cordis; ne sentiat ex facili fide  
virus, si serpens laterit dolus: equidem  
ex ipsa violenta, sed continua inclinatione,  
parefcit feram latere. Non dicitur Feras in  
arundine, aut inter arundines, sed arun-  
dinis; quippe arundines convertuntur in  
feras: quandoquidem si arundo mota re-  
verentiam signat, ac ex arundine sagittam  
industria format; acrior lethalis timenda  
sagitta, unde maior a perfidia conficitur

Pfal. 67. 31.

Genebr.

Improbi si-  
miles tauri

Increpatio  
irritat.

Ubi maior  
revertitur  
maior perfid-  
dia.

re-



reverentia. Arundo clata arroganter, tota cervix, & flexibilis; in diversa, imò in contraria, si fuerit impulsu mota: minimè que credendum inclinationi, ne lateat fera in arundine: etenim cervicem non flecteret, dum erecta constituitur, ni ab aliquo levis incognito impelleretur. Pedetentim in arundineto discurrendum, ut cautio declinet damnum. Arundo sanè esset recta, ni instaret aura: spectandumque unde impulsu & à quo mota, ut compescatur perfidia: igitur aliquid urget inclinationem, ubi amicus deponit fracta fide rectitudinem.

14 Denique. Tam apud Sacros, quam Profanos, arundo levitatis, stultitiæ, ac fallitatis nota. Vide Gregor. Magnum Homil. 6. in *Evangel.* Ambros. lib. 5. in cap. 7. Luc. vers. 24. Pier. Valer. Hierogl. lib. 57. cap. 22. Ovid. 5. *Trist.* Eleg. 8. Unde Hilarus in *Matth.* Canon. 11. *Homo ut arundo fractu vacuus, exterior placens, nullus interior.* Et Petr. Celsens. lib. 5. *Epist.* 21. insit: *Nescit vera*

Milar.

Petr. Cell.

Car filii amicos archidini colligitur

Ibid.

Petrarch.

Amici probati sunt, & à peccatore exclusi: Unde igitur noviter excludendi? A munere. In illo sese perfidi querentes, inclinationem vendebant tanquam arundines. Quare idem lib. 2. *Dialog.* 27. insit: *Qui non est fidus, non est tibi verus amicus: Non te, fortunam respicit ille tuam.*

Apparuit fictio, cognito dolo, & timent ultionem ob introductam vassitiam, ne potestate nacta, procedat merito in merita; vel nequeant texere fraudem, prærent volunt, quia cognoscuntur: probatio in dignitate optima, sed fides probantium ficta: unde cum urget conscientiam ratio, atque criminum cognitio; lucrum dicant, totum argentum si expendant, modò probatum excludant: quandoquidem amici fregerunt fidem, duntaxat in exclusivem. Quid non prodent proditores de thesauris criminationum, pro nihilo reputantes arguentem? Criminationum thesaurum, ut probati fiat exclusio argento probationis, & argento. Refrigerium non habebit pectus? Miserum, quod habuit Paulus.

16 Turba multa ludæorum, quasi turba canum persecutionem movens in Gentium Doctorem, interpellavit etiam ad Ethnicum iudicem, ut impostoris religionis litis fieret cognitio, & causâ caderet Paulus, medio iudice profano: equidem de lege perperam iudicare quibat, qui nec verbum legis noverat. Nihilominus tamen, cum stetit accusatores, nullam causam deserebant (dicit vel Ethnicus iudex) de quibus ego suspicabar malum. Nulla causa cognoscitur criminationis, & Paulus detinetur in vinculis? Diltortè exercetur iustitia, ubi nulla patet, vel later causa. Iudex, ut complaceret adversarijs, nihil probantibus ex obiectis, volebat Ierosolymam remitti, ut qui nequibat ratione, insidiam posset interfici. Paulus renuit, quippe intuitum cognovit, dixitque: *Si nihil est eorum, quæ hi accusant me, nemo potest me illis donare. Casarem appello.* Non congruit decreto legis, neque muneris rationis, pro causa, ubi nulla erat, tradi inimicis; igitur non esset tradi, sed prodi. Casarem appello. Tunc iudex: *Casarem appellasti? Ad Casarem ibis.* Hæc, & imperante Nerone, exoptat Paulus? Utique: latebat dolo, quo adversarii urgebant in interitum, quin ullum posset habere profugium: & quanvis Casarem cognosceret, Casarem appellavit; quippequam ita valida causa, ita gravis, turpis perfidia inimici, ut clementiam cogitaret vel in Nerone.

Idem.

Odiu perfidii ex timore.

Eius impatorum & iudicem.

Act. 25. 14.

Verf. 1. 1.

Verf. 1. 2.

Pro.

Extremum persecutio- nis, & calamitatis.

Protectionem querebat à conventu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem: & Superioris Iudicis intexit appellationem. Causa bona fovit Apostoli spem; verum post tot exantlatos labores, & ærurnas languit cor; igitur præcogitans iustissimum Casarem, integerrimum iudicem; invènit ad causam crudelissimum Neronem. Ex insulis in officio æstimantur prudentia & iustificatio; unde orta appellatio Pauli, ut cognita causa videretur quam maturè: verum maius apparuit ex periculo damnum, ubi micabat perfugium: igitur inquirens, uti par erat, iustitiam, ex iure formam, ut insectantium posset compescere invidiam; inimicorum secutum, expertus est Superiorem à dæmonibus possessum. Pridem Paulus cum esset ex illis, illius erant; & modò exturbare cogitant, fugientem consortia illorum, quæ vergebant in perniciem. Ecce causa, cur Paulus interposuit appellationem ad Casarem. Periculum in Casare suribundo videbat: maius è tabulis impostoribus instabat: & hos iurè fugit, vel dum ad Neronem confugit; quippe Nero tantum quibat admire vitam; illi scitebant iugulare famam. Reliqua videris *Tautolog.* 12. *Didasc.* 1. Non tantum valet, sed prævalet dolus. Nec mirum: nemo colligit de tribulis ficus, Dicam ex Ovid. 1. *Trist.* Eleg. 7. vers. 9.

Ovid.

Hæc ego vaticinor, quia sum deceptus ab illo, Laturnum misero quem mihi rebar opem.

DIDASCALIA V.

Rudefindus fidus coruscans, ac Præsulum decus.

1 Audemus virum gloriosum in generatione sua, & mirabilem in nostra.

Paulin.

Pars etiam meriti, meritum celebrare priorum. Ait Paulinus Consular. *Carmin. de Baptis.* vers. 19. Hic insignis, ut qui mirificavit Sanctum suum, etiam videretur magis mirabilis.

Idem.

Qui nasci talem, nova per miracula insit. Unde talis & tantus Rudefindus, quasi nova per miracula luci expositus? Dicit in eius *Vit.* Tamais:

Tamais.

Ter Præsul, ter magnus eras, ter maximus. Ter magnus, ter maximus, quia ter præsul? Utique. Dicunt insignia munera singularia merita. Quia Dominus in illum tot

præteritis sæculis vigilaverat & sic in eo tanta virtutum agmina compilavit, tot sacris charismatibus imbuit, quod admirabile reputaretur exemplar. Quis putas erit in sanctitatis ac perfectionis culmine, cum quo tot retrò sæculis manus Domini? Qualis eius erit magnitudo, qui missus à Deo? Eximie imago elaborata, quandoquidem tot sæculis inlitterat Dei vigilia. Iurè Deitatis studium, qui non solum ter maximus, sed ter Præsul.

Formatio Rudefindi studii Dei.

2 Facere hominem decrevit Deus, insignitum dotibus, atque infertatum muneribus, paulominus minoratum ab Angelis; verum perfectione summâ vel in existentia corporis: igitur cum tres sphaera subessent dominatui, & homo exigeretur vasto, latoque regimini, in cuius mirabilem formam, ut esset exemplar futurorum, ita vigilavit studium, ut perfectione mirificâ non tantum orbi demonstraret hominem; sed hominem, qui natus fuerat in regimen. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; & præsit piscibus maris, & Gen. 1. 26. volatilibus cæli, & bestiis, univèrsaque terræ.* Perpende *Et præsit.* Car non *Us præsit?* Ut præsit constituitur, sed conjunctione amplius perfectio cognoscitur. In præsidem fiat homo, Dei imago, cuius formationi incubuit; & ita præsit: equidem in exemplar prodigium orbis, quandiu præsit qui imago omnimoda Deitatis. *Faciamus hominem, & præsit.* In huiusmodi propositum sumptis manibus locum: exclamatur Tertullian, de *Resurrectione* Tertull. *Carn.* cap. 6. *Recogita totum illi Deum occupatum, ac deditum manu, sensu, opere, consilio, sapientia, providentia, & ipsis in primis affectione.* Tantum studium in hominem? Tanta sollicitudo in imagine? Tanta: equidem ut formetur homo magnus, & in orbe & ad orbem primus homo; necessarius totus Deus: unde cum locum nequiret habere incuria, Deitatis exprimitur vigilantia; ut muneris tanti regimini adæquate responderet, quem Præsidem constitueret: igitur opus toto studio Deitatis, ut efformaretur homo dignus tribus prædentis. En articulus Rudefindi, vigilantia adhibita pro dignitate. Hominem Deus in ornatum orbis conatus est producere (specimen plene egregium eius potentia) ex cuius præclara forma, suspensa in admirationem hominum hæret intelligentia; equidem perfectionum atque charismatum iubar, in admirabile obijciendum exemplar. Hic Dei conatus, & natus est Rudefindus. Considera totum Deum

Homo imago Deitatis.

Studii Deitatis, præsul insignis.